

1529. à 11. Martii.

Da Ms arch: Stan: Aug: Reg:

Petrus Tomicki episcopus Racoviensis
regni Poloniae vicecancellarius.
Ivanii Lambochii aulico regio.

33

Generose domine amice nostro charissime
Tametsi officia et patrocinium nostrum, quod
in commendationem amicorum facere volumus
apud Majestatem regiam plenamque no-
bis non satis procedat, saepe vero etiam ita
nobis ipsis noceat, ut propterea nonnulli
adversarii hostiles inimicitias nobis denuntiare
non dubitent, data tamen occasione preven-
ti, qua tibi honorique et fortunis suis pluri-
mum commendari possit, si Deus et fortu-
na adesse velint, volumus et tibi et nobis
desse, namque pro tua singulari virtute,
et pro veteri illa benevolentia, qua te ab ado-
lescentia usque sumus amantes semper pro-
secuti, satis volumus quantum tibi opere
et favoris debeamus. Quare dedimus in man-
dato domino Xabinshi Canonico ecclesiae no-
strae, ut inter cetera, quae apud Majesta-
tem regiam curare debet, petitionem tuam
Majore qua possit diligentia nostro nomi-
ne adjuvet et promoveat, supplicetque Ma-
jestati suae, ut veteris servitutis et ob-
servantiae ac fidei tuae sub hac occasio-
ne, rationem habere aliquam dignetur, ar-
bitramur enim fore post haec difficilem tibi
ad petendos honores in Patria vacantes
unum aliquem non fueris aspecturus,
nam

nam potentium hinc deinde intervenient
ambiciones, quae te ab omni istius ^{modi} occasione
adiuvendi officii facile rejicient. Commenda-
vimus etiam domino Chocienski et prius et
nunc quoque per literas nostras tuam
istam causam, et bene eequidem spera-
mus, tu vide modo, ne tibi cura et diligen-
tia ipse desis. Quae hic sunt acta in Con-
venta Varsoviensi, Dominus Gzdzinski tibi
omnia exponet, interfuit enim omnibus, et
non solet oblivisci, quae se praesente accidunt.
Bene valete, et amorem benevolentiam,
quae in te nostram mutuo amore prove-
quaris, uti hactenus fecisti. Datum in *Pa*
11. Martii.